

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Prologus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1594

HEAVTON TIMORVMENOS

PROLOGVS

Omnis hae comoediae de Graeco translatae sunt, a Menandro quidem quattuor, duae ab Apollodoro: Heauton-timorumenon Menandri esse manifestum est. cuius prologus partitionem tenet, in qua *⟨uult, antequam⟩* docet quid in quaestione sit, id ipsum, ne populus miraretur, dissoluere. 5

1 NE CVI SIT VESTRV MIRV CVR PARTES SENI POETA DEDERIT QVAE SVNT ADVLESCENTIVM duas partes proponit: unam, quod contra consuetudinem senex prologus processit in publicum; solet enim istud officium semper adulescentibus dari. ergo quoniam contra consuetudinem in prologi persona 10 processit senex, idcirco hanc primo populo uult soluere 3 quaestionem. — 3 DEINDE QVOD VENI ELOQVAR altera haec pars est. simile autem mihi uidetur huic esse principium diuinationis; namque et illuc (*Cicer. divin. in Caecc. 1, 1*), quod 'subito mutata uoluntate ad accusandum descenderat', 15 mirum dixit uideri uel iudicibus uel circumstantibus ac propterea se primum id uelle dissoluere: 'si quis uestrum, iudices, aut eorum qui adsunt forte miratur'. uides hoc uerbum mirari semper apponi: ita enim et hic dixit 'ne cui sit uestrum mirum'. hanc igitur partitionem soluit, 20

1 *⟨Ne cui sit uestrum mirum⟩* Omnes *F* || 2 ab ollo-doro *PB¹*, ab aboll- *VS* | *H&OYTO>TOY>X(POY><HD-O> V,*

(//ΔΟΥΤ-) *S* || 3 esse manifestum *P*, esse est *VS*, est *B*, manifestum est *F* || 4 uult antequam *add.* *Schoell* (*cf. infra*) | quod in quaestionem *Fα* || 5 miretur *F* || 7 adulescentum *PVS* || 9 semper *AG*, *om. rell.* || 10 in *om. F* | prologi *F*, -um *rell.* || 11 primo *F*, -am *rell.* || 19 mirari] nouerit *Fα* || 20 soluit *om. A*

uti dicat 'eur partes seni poeta dederit, quae sunt adulescentium'. quod primo proposuerat, primo soluit **11** ORATOREM ME ESSE VOLVIT NON PROLOGVM VESTRVM IVDICIVM FECIT ME ACTOREM DEDIT. quod autem dixit 'quod ueni, eloquar', illud est **16** NAM QVOD RVMORES DISTVLERVNT ⁵ MALIVOLI MVLTAS CONTAMINASSE GRAECAS DVM FACIT PAVCAS LATINAS ID ESSE FACTVM HIC NON NEGAT. ergo ut propositio collocata est, ita est etiam soluentis ordo seruatus. sed nunc ad interpretationem superiorum reuer-tamur.

4 EX INTEGRA GRAECA INTEGRAM COMOEDIAM HODIE SVM ACTVRVS quoniam Andria e duabus comoediis uidetur esse confecta, quippe illic et Perinthia et Andria continentur, quod quidem criminis loco aduersarius dederat, ideo hic 'ex integra' inquit 'comoedia integrum comoediam acturus sum', ne uideatur ab aliquo tacta aut ipse alteram tetigisse, sed unam comoediam et integrum ad Latinum sermonem interpretatione mutasse. denique ideo adiecit **6** DVPLEX QVAE EX ARGVMENTO FACTA EST SIMPLICI, ut simplex argumentum sit duplex, dum et Latina eadem ²⁰ et Graeca est. — **7** NOVAM ESSE OSTENDI propterea, quia a Graeco tantum dicta est et a Latino non tacta est, *<sed>* nunc primum in scaenam procedit, idcirco dicitur 'noua'. ET QVAE ESSET supra enim dixit (*v. 5*) HEAVTON **8** TIMORVMENON. — **8** ET CVIA GRAECA SIT NI PARTEM MAXIMAM EXISTIMAREM SCIRE VESTRVM ID DICEREM duplex hic pronuntiatio est: 'qui scripserit et cuia Graeca sit, ni partem maximam existimarem scire id', ut post inferatur **10** **10** NVNC QVAMOBREM HAS PARTES DIDICERIM PAVCIS DABO. illud, quod supra positum est, uidetur adiectum; nunc ²⁵

2 primo **1.**] prius *F* || **4** auctorem *ABVS* || **5** rumoris *FP¹* || **7** esse id *G* || **8** solutionis *Lindenbr.* (*recte?*) || **12** Andria e (ex *Lindenbr.*) andrie *A*, -dria a *BVS*, -dria *FGP* || **18** interpretationē α || **20** duplex *<comoedia>* *Lindenbr.* || **21** et *F*, om. *rell.* | ostendit α | quia] quoniam *F*, cum α || **22** a 2. om. α | nunc acta *P*, non acta *BV*, nacta *S* | est sed *W*. || **24** esset *<nunc>* *F* (*cf. supra*) | enim *AF*, est *P*, om. *rell.* || **28** scire *<uīm>* *F* | id] dicerem add. *G*, facerem add. *F*

redit ad partitionem supra collocatam, cur partes adules-
 11 centium senex sumpserit **11** ORATOREM ME ESSE VOLVIT
 NON PROLOGVM uti apud uos agerem causam potius, non
 officio fungerer prologorum: prologi enim, sicuti iam
 dictum est (*Andr. prol. in.*), aut argumentum narrant aut
 poetae personam commendant aut audientiam postulant.
 nunc autem ego apud uos acturus sum causam et defen-
 dam, si quid fuerit forte in Terentium ab aduersario loco
 12 criminis intentatum. ideo enim dixit **12** VOSTRVM IVDI-
 CIVM FECIT ME ACTOREM DEDIT SED HIC ACTOR TANTVM 10
 POTERIT A FACVNDA QVANTVM ILLE POTVIT COGITARE COM-
 MODE QVI ORATIONEM HANC SCRIPSIT QVAM DICTVRVS SVM
 poeta, inquit, me actorem esse uoluit, qui tantum in
 facundia excellit et praeualet ingenio, quantum et ego,
 qui eandem comoediam acturus sum, in agendo praeualeo. 15
 ita ‘hic actor’ hoc est ego, ‘tantum poterit a facundia’
 16 hoc est non degenerabo ab eo, qui cogitauit. — **16** NAM
 QVOD RVMORES MALIVOLI DISTVLERVNT hic iam incipit cau-
 sam dicere, cur uenerit, sicut supra diximus, ut purget
 quaestiones ipsas et obiecta ab aduersariis soluat. ‘mali- 20
 uoli’ autem quod dixit, uel numeri pluralis est, ut ma-
 liuoli rumores ipsi *sint*, uel singularis, ut sit huius
 maliuoli, hoc est Luscii Lanuini. ‘distulerunt’ in di-
 uersum disseminarunt. — **17** MVLTAS CONTAMINASSE GRAE-
 CAS DVM FACIT PAVCAS LATINAS hoc est illud, quod dixi- 25
 mus, quando hic praelocutus est, ut diceret ‘ex integra
 Graeca integrum comoediam sum acturus hodie’. ita et
 hic hoc sibi crimen dicit obiectum, quod Terentius multas
 Graecas contaminauerit comoedias, dum paucas Latinas
 facit. hoc autem crimen Terentius non negat factum, 30
 sed sibi licere demonstrat et licere scilicet per aliorum
 exempla, quemadmodum Tullius dixit (*divin. in Caecil. 2, 5*)
 ‘adductus sum, iudices, fide misericordia multorum bono-

1 collatam α || 4 enim] est α || 5 est *AFP*, om. *rell.* || 16 potero
 codd. | a] in *F*, om. *AGP* || 19 *(iam)* supra *F* || 21 numero
 plurali (-iš *P*) α | est (*post singularis*) *F*, om. *rell.* || 22 *sint*
 add. *W.* || 23 *(id est)* in diuersum α, om. *F*

19 rum exemplo': et hic habet bonorum exemplum. — 19 FAC-
 22 TVRVM AVTVMAT facturum dicit et profitetur. — 22 NAM
 QVOD MALIVOLVS VETVS DICIT aliud rursus crimen est, quod
 obiectum nunc proponit, quoniam Luscius Lanuinus dicit
 Terentium non peritum artis musicae ad comoedias scri-
 bendas accessisse praesumente potius ingenio amicorum,
 25 non suo. — 25 ARBITRIVM VESTRVM VESTRA EXISTIMATIO
 VALEBIT hoc locutionis genus satis mirum est, cum dicit
 'de hac re uos iudicare poteritis, an id, quod obicitur
 nobis, uerum sit, ut Terentius non natura sua fretus ne-
 que ingenio, sed amicorum potius ad scribendas comoe-
 dias accesserit'. namque rumor est, quod Terentius cum
 Scipione Africano familiarissimus fuerit et simul istas
 comoedias cogitarit. hoc igitur prologus nititur soluere.
 et quoniam non est erubescendum tali uiro fuisse con-
 iunctum, idecirco minus curat hoc crimen dissoluere: dicit
 tantummodo 'uestrum iudicium est et uestra existimatio'.
 26 — 26 QVA RE VOS OMNES ORATOS VOLO hic iam sequitur
 officium prologi, ut beniuolentiam petat: quae beniuolentia
 27 et in aduersarios odium concitat, quod adiecit 27 NE PLVS 20
 INIQVVM POSSIT QVAM AEQVVM ORATIO. — DATE CRESCENDI
 COPIAM NOVARVM QVI SPECTANDI FACIVNT COPIAM SINE VI-
 TIIS quoniam petitio generaliter fuerat collocata, ut nouis
 poetis fauerent auditores, adiecit 'sed qui sine uitiiis co-
 moedias dant': <nam> et Luscius Lanuinus nouas comoe-
 30 dias profert, sed cum uitio. adiecit et 30 NE ILLE PRO SE
 DICTVM EXISTIMET ne Luscius Lanuinus etiam pro se pe-
 titum arbitretur. — 31 QVI NVPER FECIT SERVO CVRRENTI
 IN VIA DECESSE POPVLVM proponit uitium, quod admiserat
 poeta Luscius Lanuinus, quippe cum omnis comoedia aut 30

2 NAM] tum Ter. || 9 obicietur *A¹G* || 12 est *ante* namque
 er
F α || 13 fuit *A*, fuit *rell.* | et simul *AG*, semper *rell.* || 14 hic
F α || 20 odium *om.* *F* || 22 nouarum <rerum> *F α* || 23 collata
G α || 24 <nouis> sed *F α* || 25 nam et *W.*: et *β*, illis (*om.* *P*) *α* ||
 26 et *post* 27 existimet *codd.* || 28 currente *AG* || 29 decessisse *G*,
 deesse *α* | admiserat *AG*, -rit *rell.*

errorem teneat ex amatoribus aut iniuriam meretricum
 aut filiorum suppositiones aut aliquid tale, quod ad mo-
 ralitatem uidetur esse coniunctum. quid tale hic est, cum
 seruus currit, cum populus discedit, quod domino insano
 oboediat seruus? haec potius aliena a comoediis sunt, et 5
 ait aperte ac breuiter ea, quae sunt comoediarum. omnis
 comoedia aut habet amores aut agnitionem aut supposi-
 tionem. habet amores, ut Andria, quam quidem et in
 agnitione esse cognoscimus; nam cognoscitur Glycerium,
 quia ciuis sit. suppositionem habet, ut apud Plautum 10
 qui est Truculentus: militi enim supponitur filius, ut ex-
 inde in meretricis affectum artius et strictius colligetur.
 ergo cum uideamus haec necessarie in comoediis teneri,
 uehementer errauit Lanuinus, qui extra haec comoediam
 instituit et scribit seruum currere, populum per viam 15
 discedere, quod insano seruiat domino. unde apertissimum
 36 uitium in comoedia Terentius reprehendit. — 36 STATA-
 RIAM AGERE LICEAT PER SILENTIVM quidam 'statariam'
 genus esse putant comoediae, ut statariae comoediae
 sint, in quibus sunt stantes, unde <et> hanc stata- 20
 riā nominant. mihi autem uidetur 'statariam agere ut
 liceat per silentium' ideo dixisse, ut perpetuo et stabiliter
 agatur haec comoedia neque populi aduersis suffragiis foras
 pellatur. ideo enim adiecit 'ut liceat per silentium' et
 37 subiungit 37 NE SEMPER SERVVS CVRENS IRATVS SENEX etc. 25
 ASSIDVO AGENDI SINT MIHI CLAMORE SVMMO CVM LABORE
 MAXIMO. haec autem, quae nunc nominauit, propria uiden-

2 suppositionis (-nem B) $F\alpha$ | mortalitatem A^1F^1V || 4 de-
 cedit V , descendit $FPBS$ || 5 oboediat] seruiat β | haec A ,
 nec G , ne $rell.$ | sint aperte ait (om. et) α || 6 comoediarum <ex-
 plicemus> $F\alpha$ || 7 amoris α | aut 2. om. α || 8 amoris α | ut <est>
 F , ut <ex> α | et om. α || 9 agnitionem $AF\alpha$ | agnoscitur? ||
 12 colligitur (-gatur B') $F\alpha$ || 13 necessario A , <esse> necessaria
 $F\alpha$ || 15 scribit om. BVS || 17 reprehendit terentius BVS ||
 19 ut — comoediae om. $F\alpha$; comoediae om. G || 20 sint] sunt
 FG , om. α | sunt AG , om. $rell.$ | et add. W . || 21 autem] enim α |
 ut om. AG || 26 assidua A , -e F || 27 quam FVS | uidentur
 AB , -detur $rell.$

tur esse personarum, nam serui officium est currere, senis irasci; parasitus autem edax est, impudens sycophanta, leno auarus est: 'ergo si quae propria sermonis sunt et quae necesse habeo ex necessitate personarum complere, debetis mihi fauere potius quam aduerso suffragio contra 5
41 facere'. — **41** MEA CAVSA CAVSAM HANC IVSTAM ANIMVM INDVCITE VT ALIQVA PARS LABORIS MINVATVR MIHI quantum enim ad eum, qui comoediam scribit, pertinet, potuit secundum mores ingenio uniuersa complere; ego autem, qui haec pronuntiaturus sum, necesse habeo silentium. ideo, 10 inquit, propter me hanc mihi operam exhibete, ut cum 46 silentio attendatis. — **46** IN HAC PVRA EST ORATIO quoniam sic dixerat, laboriosas potius comoedias ad se defERRi, leues ad alium, ne praeiudicium huic comoediae fecisse uideretur, quod ipse dixit illam laboriosam, aut 15 exinde iam ut superius a populo iudicari posset, adiecit 'in hac pura est oratio'. — EXPERIMINI IN VTRAMQVE PARTEM INGENIVM QVID POSSIT MEVM non omnes aequali modo utrumque possunt et leuia proferre et grauia complere. ita ait 'in utramque partem': quoniam semper in aspe- 20 rioribus comprobastis, nunc quoque *<in>* leuioribus nosse debetis. — **51** VT ADVLESCENTVLI VOBIS PLACERE STV- DEANT POTIVS QVAM SIBI si enim mihi nunc honorem per silentium dederitis, facile adulescentes eo compelletis, ut uobis placere potius uelint, non sibi. quoniam officium 25 prologorum adulescentes sumunt et multa in comoediis ipsi

^{est}
 1 concurrere *A*, concurrere *rell.* || 3 si *AG*, sunt *rell.* |
 quae] haec *PB* | sunt *<ins (mis G)> AG*, om. *PB*¹ | et om. *Fα* || 5
 fauere] facere *PVS* | contra facere (dicere *G*) conatus fa-
 cere *Fα*; c- fallere *Schopen* | iustum *<esse> F* | *<in>* animum
Gα, om. *A* || 8 enim] est *α* | potuit *<enim> PB* || 9 moras *AG*,
 morem *BVS* || 11 inquit *<ut> FV*; i- uel *Schopen* || 14 leues
AB, len- *rell.* || 15 dixit *W.*: -cit *codd.* | illa aut (om. laboriosam)
Fα || 16 ut superius a *W.*: aut ut superius *AG*, a (ad *F*)
 superiora (-ri *B*) *rell.* || 18 omnis *BV*, -nia *PS* | aequalitas
 (-ta *P*) *α* || 19 lenia *PVS* | perferre *Aα*, perficere *F* || 21 in
 add. *W.* | lenioribus *G* || 23 enim] est (om. *B*) *α* || 24 eo Zeune:
 eos *Fα*, om. *AG* || 26 multi *A*

acturi sunt, ita factum cum mihi ex hac actione esse cognouerint, facile ipsi labore hunc capere possunt, ut uobis placeant.

I.

1.

53 1 QVAMQVAM HAEC INTER NOS NVPER NOTITIA ADMO-
DVM EST haec scaena continet iniustum accusationem, quod 5
graues senex de se exigat poenas; defensionem continet
iustum: memorat quippe ita se meritum, ut ipse de se
habeat exigere poenam. quam rem qualitatis esse intelli-
gimus status et non tam esse accusationem quam obiur-
gationem. et omnino in huiusmodi auctoribus, qui non 10
apud iudicem controversiam dicunt, uim debemus potius
intelligere quam controversiam: non enim iudices prae-
sunt; sed quoniam talis est actio, ut uideatur uim con-
trouersiae continere, idcirco hic status est et secundum
istum statum cuncta dicuntur. ergo in hac scaena sta- 15
tus qualitas est absoluta, an iuste fecerit uel faciat,
quod de se senex exigat poenas. quam rem docet iuste
fieri ex eo, quod se meritum dicit propterea, quia ipse
filium suum amantem adulescentium more miserit in
militiam duram saepius eum accusando; unde probat 20
iuste sibi imponi istas quas implet grauissimas poenas.
— QVAMQVAM HAEC INTER NOS NVPER Chremes uicinus
cum conspiceret senem eundemque diuitem grauiter labo-
rare, ut tota die in opere consisteter uehementer, accedit
interrogans et, ut oportet apud ignotum, longa utitur 25

1 factum *<est>* G | actionem α || 2 possint F α || 4 noti-
cia nuper α || 5 iniustum *Lindenbr.*: iniuste *codd.* | accusationi
VS || 6 graues *Schopen*: -is *codd.* | defensionem *<autem>*? ||
7 iustum *Lindenbr.*: iusta S, iusti *rell.* || 8 habeat (*debeat F*)
exigere] exigat α || 9 notam (*mot. G*) *codd.*, *corr. Lindenbr.* ||
10 huiusmodi *ex his corr. P²* || 14 status hic α || 15 istum statum
ista tum α || 16 qualitatis α | an] utrum α || 19 adulescentum α ||
20 eum] ipsum F, om. VS | proba G, om. FVS || 21 istas] has ipsas
α || 23 cum] eum α, cum eum F | eundemque *<olim>* α, eundem G